



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii

Acquaviva, Claudio

Ingolstadii, 1592

VD16 A 125

Capvt I. Quomodo inducendi sint homines ad exercitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60966](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60966)

**DIRECTORIUM
EXERCITIORVM
SPIRITALIVM
P. N. IGNATII.**

*Quomodo inducendi sint homines
ad exercitia.*

CAPVT I.

ICITVR in nostris Cōstitutionibus par. 4.c.8. lit. E. cum exercitorum ratio redditur, non solum id agi debere, vt aliis satisfiat, sed etiam vt in aliis desiderium excitetur, vt eisdem iuuari velint.

Ex quo apparet, oportere hoc esse nostris propositum, vt quotquot possunt ad agenda exercitia impellant, quoniam cum charitas, & zelus animalium nos mouere debeat, ad desiderandam, & procurandam earum salutem & perfectionem, eadem etiam impellere debet ad eam rem, quæ adeò apta, & adeò efficax est ad illud

A 7 vtrun-

10 *Direct. Exercit. Spirit.*

vtrunque in eis operandum. Est ta-
men opus prudentia, vt id discretè, &
modestè fiat, nempe tempore, & loco
conuenienti, sine molestia, aut offen-
sione, & nominatim cauendo, ne su-
spicio præbeatur, quòd ad religiosum
statum trahere velimus. Hunc autem
modum prudentem, & cautum inui-
tandi ad exercitia suggestet sua cuiq;
prudentia, & Spiritus sancti vncio,
quæ vt in aliis, ita in hoc diriget, & iu-
uabit suos operarios.

PATER noster Ignatius ita sentiebat,
& monebat optimum modum esse in
confessione, non importunè, atq; ex
abrupto, sed aliqua commoda occa-
sione, vel è re nata, vel dextre accersi-
ta: aut etiam extra cōfessionem, cum
cernitur aliquis non adeo contentus
statu suo, siue propter aliquem scru-
pulum intrinsecum, siue propter mo-
lestiam extrinsecam, vt si non benè ei
succedant negotia, vel si non benè à
suis tractetur, vel ob aliam similem
causam. Interdum etiam optima est
commoditas ex ipsis vitiis, aut lapsi-
bus alicuius, cum præsertim aliquo
Dei lumine afflatus ea cognoscit, &
dolet,

dolet, & cupit emendationem. Tunc enim s^epe opportunum est propone-re ei hoc quasi remedium eius infir-mitatis.

Quæcunque vero occasio accipia-tur, indicandi sunt magni fructus, qui ex his exercitiis consequi solent, pax, & quies animæ, lumen interius, & cognitio ad bonam gubernationem totius vitæ quo cunque in statu. Iuuat etiam proponere aliqua exempla ali-quorum, qui ea fecerint cum fructu, ita ut postea valde contenti fuerint, ipsaq^z morum mutatione testati sint quantum in eis profecerint, & ad hoc etiam confert, indicare consolationes spirituales, & gustus, quos habuerūt, nimirum ne labore deterreantur. Ve-rūm in his exemplis commemoran-dis abstinendum esset ab iis, qui reli-gionem ingressi sunt (vel certe hoc postremum tacendum) & ij potius narrandi, qui in melius mutati in s^e-culo manserunt, quoniam facile fieri potest, ut quem hortari volumus, idē sibi timeat, & ideo refugiat exercitia. Immò vero hæc ipsa opinio eripien-da esset hominibus, ut putent solis re-ligio-

ligiosis, aut iis, qui religiosi fieri volunt, conuenire exercitia. Nam cum omnes egeant gratia Dei, non solum religiosi, sed etiam sacerdotes propter pericula in quibus assiduè viuunt, ideo ipsi quoque debent ea adiumenta querere, ex quibus ad hanc gratiā hauriendam quam maxime disponantur.

Notandum est tamen, si loquamur de integris, & plenis exercitiis, eam fuisse P. Ignatij sententiam, ut non omnibus passim darentur, sed selectis tantum, & qui habiles ad maiora viderentur. Quod ita esse aperte vides ex quadam instructione, quæ conscripta dicitur ipso dictante, quæ sic habet: Non mihi videtur expedire quenquam hortari ad facienda exercitia, nisi has cōditiones, vel saltem præcipuas habeat. Primo, ut eiusmodi sit, qui sperari possit valde utilis futurus domui Dei, si ad eius obsequium vocatus fuerit: secundo, si nondum habeat eiusmodi talenta iam acquisita artium, ac scientiarum, quæ hoc præferunt, saltem ut eius ætatis, atque ingenij sit, ut ad ea aliquando per-

peruenire posse videatur: tertio vt liberum sit ei de se ipso statuere , etiam quoad statum perfectionis amplectendum , si Deo placeret eum vocare : quarto vt speciem, habitumq; corporis honestum , ac decentem habeat; quinto vt nō ita alicui rei sit addictus, vt ab ea difficulter videatur posse dimoueri , & ad eam æqualitatem perduci, quę requiritur ad hoc negotium animæ cum Deo rectè tractandum: Ac quanto magis quisque dubius est de vitæ suæ rationibus, & cupidus sciendi quid facere debeat de sua persona, & deniq; quanto aptior ad Ecclesiā iuuandam , tanto etiam magis simpliciter loquendo,idoneus erit ad exercitia facienda. Qui vero has conditiones non haberent, vel qui matrimonio iuncti fuerint , aut alioquin inhabiles, non debent iis tradi exercitia omnia,maximè si alij aptiores ea peterent, vel nostri aliis occupationibus distinerentur. Possent tamen dari eis aliquę meditationes primæ hebdomadæ, idque si fieri possit, in ipsis eorum domibus, hortando eos, vt in aliqua remotiori domus parte

14 Direct. Exercit. Spirit.

parte se colligant, vnde non nisi ad missam, & Vesperas egrediantur, aut quando ad meditationes accipiendas veniunt, hisque addi poterunt, si ita videatur, aliqua exercitia, vt triplex modus orandi, & similia. Hæc Pater Ignatius, quæ eadem, licet paulò breuius, habentur etiam in Const. p. 7. c. 4. lit. F.

Quomodo dispositus esse debeat, qui ad exercitia facienda accedit,

CAPUT II.

QVI ad exercitia agenda aggreditur, primo eniti debet, vt intelligat quanta sit res, quam aggreditur, nempe quæ non solùm ad animam pertineat, sed ita pertineat, vt si modo ea diligenter præstet, quæ debet, iacturus sit fundamenta spiritualis sui profectus, quæ deinde tota eius vita usui futura sint. Ex quo intelligat quantam alacritatem, & diligentiam, & fortitudinem etiam ad tantum opus, tantumque negotium afferre debeat.

ITAQVE statuat ipse secum viriliter agere, & omnia impedimenta diuinæ

næ

